DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

EO QUOD HONESTUM JUSTUM ET DECORUM EST CIRCA DEFENSIONEM INQUISITI,

QUAM

MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE

PRÆNOBILI, CONSULTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO DOMINO,

DN. HERMAN. PAULO JUCH

SERENISS. DUCUM SAXO-VINAR. ET ISENAC. CONSIL. AULIC. ET ARCHIATR. PATHOL. ATQUE PRAXEOS PROFESS. PUBL. PRIMAR. ET P. T. DECANO, ACADEM. CÆSAR. NAT. CURIOS. COLLEGA,

EX DECRETO

INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ

SUB PRÆSIDIO

DN. D. HIERONYMI FRIDERIC SCHORCHII,

FACULT. JURID. ASSESSOR. ORDIN. ET PROF. PUBL. EXTRAORD. NEC NON CIVITATIS CONSULIS,

PRO GRADU DOCTORALI

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDO,

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR,

JOHANN GOTTLIEB STREMEL

Advoc. Zittav. jurat.

IN AUDITORIO JURISCONSULTORUM MAJORI

DIE XXVIII. JULII M DCC XXXV.

ERFORDIÆ, Typis HERINGII, Acad. Typogr.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. D. B. V.

DE

EO QVOD HONESTVM, JVSTVM ET DECORVM EST CIRCA DEFENSIONEM INQVISITI.

§. I.

SIcuti præcipuum diſputationis omnis Juridicæ objectum ſunt 1) Termini, eorumque explicatio 2) Axiomata Juris, ſive principia in poſitionibus univerſalibus, denique 3) res inde concluſæ & mutua relatione bene applicatæ: ita quoque illud maxime in hac diſputatione neutiquam omittendum cenſeo, ne ambiguo verborum ſenſu aut ſuperficiario tractationis fundamento fallant & fallantur. *Ingreſſus.*

§. II.

Eſt autem nobis *Honeſtum* id quod ex ſinceritate animi, bonæ conſcientiæ cauſa, ſuſcipitur & omittitur. *Quid dicat nobis honeſtum?*

§. III.

Norma itaque Honeſti vera & unica eſt nihil aliud, quam mens infucata, ſancta & integra quam poterit in omni actio- *Norma honeſti.*

ne humana, ad habendam æque ac conſervandam bonam conſcientiam. Hæc mille teſtes. Index tam ſinceritatis rectæ & ordinatæ quam paſſionis vitioſæ & philautiæ inordinatæ. Honeſtas non in Actibus externis, ſed in corde & animo conſiſtit ſi vera & perfecta eſt.

§. IV.

bligatione honeſtatem olendam. Nunc vero homo ad actiones honeſtas ſuſcipiendas, & turpes fraudes omittendas interne devinctus eſt, quia conſcia mens recti tranquillat, mens autem facinoris conſcia verberat agentis animum, uti quilibet ex ſe ipſo ſentit, modo conſcientiam ſuam ſincere excutit. Nil conſcire ſibi, ſummum in hac miſera vita bonum eſt. Unde per honeſtatem nihil aliud intelligo quam conſtantem & perpetuam voluntatem ſincere agendi ad integritatem vitæ.

§. V.

JCtis is ho- ? JCti diſtinguunt juſtitiam in internam & externam. Illa ex intentione juſte agendi provenit. Hæc pro ſola forma externa capitur. Sic juſti in externa ſpecie conveniunt cum honeſtis. Si ex aſſe conveniunt, actio aliqua perfecte bona habetur. Hinc quod Juris naturæ eſt, non immerito honeſtum dixerunt JCti Romani & ſub honeſtate univerſalem juſtitiam, i. e. omnes virtutes, uti Cicero in ſuis de officiis libris, tradiderunt: quod autem virtuti contrarium eſt, turpe & inhoneſtum propter malam ſpeciem externam datumque ſcandalum vocarunt. Unde primum juris præceptum eſt honeſte vivere. V. RACHELIUS *in Prolegom. ad officia Cicer.* §. 15. PUFENDORF. *de J. N. & G. L.* 1. *c.* 2. §. 6. *c.* 7. §. 3. *c.* 8. §. 2.

§. VI.

Honeſtum igitur honore interno & externo dignum eſt. Quod ſi etiam virtus aliquando exerceatur, attamen non perit, ſed oppreſſa altius ſurgit, obfuſcata clarius emicat, neque honeſtati deſunt ſua præmia, quod Silius ita expreſſit:

Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.

§. VII.

Solemne eſt proverbium: *Optimus vitæ ſcipio virtus:* & boni Advocati ſemper erit ſymbolum: Optimus juſtitiæ &

De-

Digitized by Google

Defenſionis ſcipio honeſtas. Interius & exterius nos juſtitiæ amatores eſſe oportet. Vere juſtus non inhoneſte agit. Sic etiam externis verbis vel ſcriptis honeſtatem profiteantur Advocati.

§. VIII.

Quomodo ...neſtum & ...ſtum inte... differant.

Differunt autem omnino *Honeſtum* & *Juſtum* inter ſe non tantum verbaliter, ſed etiam re ſive ſenſu vero & proprio. Illud enim principaliter obligationem internam reſpicit: Hoc vero obligationem externam maxime ſupponit. Illud exiſtit in ipſa natura humana a Deo condita: Hoc exiſtentiam ſuam demum ex Lege data & publicata aſſumit.

§. IX.

Quid ſit ...prie juſtu...

Juſtum hinc nobis eſt, quod Legibus præſcriptis convenit, quatenus hominem in ſocietate cum aliis viventem reſpicit. Suppono enim extra ſocietatem hominum dari nullam Legem proprie ſic dictam, nullamque externam pœnam, ſeu voluntariam puto, quia Judex nullus eſt qui conſtituere in alterum, aut ab eo exigere poſſit; niſi inter Deum & Hominem quandam ſocietatem divinam quæ unionem hominis cum Deo pro unico fine habet, agnoſcere mavis. v. B. BEYER. *in Delin. Jur. Div. Nat. & Poſit. univerſ. cap. X. de Societate poſ. 7. ſeq.*

§. X.

Hic reſpi... ſaltem ſo...tem hun...nam.

Interim nobis tantum in quæſtione eſt, quid juſtum ſit, circa defenſionem Inquiſiti in Civitate, cum præcipua fere cauſa, cur Leges pœnales conſtitutæ ſint, ea fuerit, ut ſeveritate pœnæ improbi in officio retinerentur. Quapropter ſaltem ſocietatem *humanam* intelligimus, quatenus in ea communio juris ſive obligatio ſit reciproca. Nam ea ipſa obligatio ex utraque parte, eſſentiæ non diverſa, inducit unionem moralem, indeque ſocietatem, quam naturalis ratio docuit, inter omnes homines conſtituit, peræque cuſtodit. Sic a Jure Naturæ removemus animalia irrationalia naturæ humana diverſa. conf. *DD. ad §. 1. 2. J. de J. N. G. & C.*

Digitized by Google

§. XI.

Etſi quidem id, quod honeſtum eſt, non minus omni humano generi commune eſt: LL. tamen, quæ conſtitutæ ſunt, anguſtius objectum complectuntur quam regulæ honeſtatis, latius ſeſe diffundentes circa officia Dei & proximi. v. J. S. STRYK. *diſſ. de Jure Liciti ſed non honeſti.*

§. XII.

Si vero juſtum eſt, quod legibus convenit neceſſe eſt, ut de natura & diviſione Legum quædam præmittamus. Lex autem proprie eſt juſſus imperantis obligans ſubjectos ad præcepta facienda & prohibita omittenda, ſub pœna extrinſice metuenda. v. §. 8. diſſ. ibique differentiam ſpecificam inter obligationem internam & externam. add. *obſerv. Hal. Tom. VI. obſ. 26. de natura Legis tam divinæ, quam humanæ.*

§. XIII.

In Civitate pœnis humanis carere non poſſumus, quia plures ſunt improbi. Honeſto vero non eſt lex poſita, quia per ſe ex interno cordis motu moraliter bene agit, & libere facit omne id, quod ad Societatem humanam conducit. Cum vero pauciores ſint viri honeſti, obligatio autem omni humano generi communis, uſu exigente & humanis neceſſitatibus tam ſinguli quam unitæ gentes *potentia* ſua naturali uſi ſunt ad conſervationem ſui ipſius, aliorumque vim vi repellendam, quæ conceſſa potentia dicitur *Jus Naturæ & Gentium.*

§. XIV.

Unde in Jure Naturæ & Gentium magis quærendum eſt, quid ſit licitum, quam quid ſit juſtum, ut pote Jus hic non denotat Legem proprie ſic dictam. Externa enim obligatio oritur ex ſola potentia, qua ſi ad regulam & honeſtatis normam utimur, actio bona & licita, honoreque digna manebit: quod ſi vero noſtra potentia, abutamur ad vanitates, i. e. humanos affectus dominantes ſive voluptatis, ſive avaritiæ ſive ambitionis: tunc equidem Jure N. & G. ſi externam ſeculi formam aſſumis, non adeo videtur injuſtum, quia utitur ſuo Jure, modo nemini faciat injuriam. Non tamen id, quod

Digitized by Google

quod ita impune licet, honeſtum eſt, nec mores inter Gentes inveterati internam actionum humanarum bonitatem & integritatem conciliant.

§. XV.

Fundamenti & Principii J. N. & G.

Fundamentum igitur totius I. N. & G. conſtituunt principia Liciti, regulis Honeſtatis ſubordinata, illisque non contraria: ſive reſpicias Officia abſoluta & communia, ſive hypothetica & ſpecialia ex pacto, diverſoque ſtatu.

§. XVI.

Primum præceptum eſt: ſocialiter vive.

Tantum cognoſcimus ex ſola natura humana & ſocietate moraliter unita beneficio rectæ rationis. Unde etiam Jus Naturæ dicitur, ipſique illud: ſocialiter vive: tanquam præceptum verum & primum tribuitur. Jus autem N. & G. ſaltim differunt ſtatu. In ſtatu enim naturali quilibet erga alios homines, idem eſt, quod Imperans in ſtatu Gentium inter ſe, ſive erga alios Rerumpublicarum Imperantes. In utroque itaque obtinet præceptum: neminem læde: ſuum cuique tribue.

§. XVII.

Deus etiam Auctor & vindex actionum honeſte licitarum.

Interim non negamus, Deum eſſe auctorem & vindicem Juris naturæ, in quantum pro parte honeſtatis naturalis ſumitur. Homines enim peræque gentes humanæ ſunt objectum honeſtatis ſpeciale & ab aliis diſtinctum. Qui igitur homines creavit, & ſociales voluit, is etiam parendi neceſſitatem omnium cordibus inſcripſit, ut honeſte vivant, omittantque ea, quæ ſocietatem humanam ſi non deſtruunt, tamen illicite turbant. Non vero ſequitur, qui dedit vires naturales, dedit etiam facultatem illis libere & ſine norma honeſtatis utendi; quamvis cum B. Coccejo recte affirmetur, quemlibet potentiis agendi a natura inſtructum licite agere, vel omittere, quicquid poteſt, donec is, qui habet jus prohibendi, id agi vel omitti prohibeat.

§. XVIII.

Uſus Jur. & G.

Uſus maxime eſt in Defenſione neceſſaria tum privata, tum publica. Licita ſunt bella, quæ non inhoneſta. Conceſſum eſt moderamen inculpatæ tutelæ, modo defenſio ſit

hone-

honeſta §. 2. & 15. Addo autem, quod ne quidem omne, quod non inhoneſtum imo I. N. conceſſum eſt, ſemper jure humano ſit impune, ſi de eo prohibitio conſtet evitarique delictum poſſit

§. XIX.

...divina po- ...t ſunt vel ...erſales vel ...culares, ...mque uſus ...efenſione.

Prohibitio omnis, ſive ſubtractio facultatis moralis impedit potentias naturales. Eaque eſt originarie vel divina *poſitiva* vel *humana.* Illa non niſi ex revelatione cognoſcitur, & a Deo originem trahit. Quales LL. habemus tam *univerſales*, quam *particulares.* Ex quibus tamen particulares, uti LL. *ceremoniales* & *Forenſes* uſum vix præbent Advocato circa conſcribendam Inquiſiti defenſionem. Secus de *Univerſalibus*, quæ ſocietatem humanam concernunt, & pro quibus habentur. 1) *Prohibitio homicidii ſub pœna capitali.* 2) *Prohibitio adulterii, eoque ipſo inceſtus, polygamiæ & ſodomiæ.*

§. XX.

...defenſio Inquiſito, ...ra Jus Div. univerſa- ...ecante, ſit ...ſta & li- ...?

Sed quamvis concedam, ejusmodi delicta eſſe contra jus divinum univerſale, ſecundum Criteria B. BEYERI, ſc. quia iſtæ LL. 1) ante fœdus cum Abrahamo datæ, 2) in Novo teſtamento repetitæ, 3) & quarum pœnā gentiles quoque tetigit: non tamen ſequitur, definitam pœnam etiam eſſe Juris Univerſalis. Adeoque Advocatus, niſi aliunde obſtent regulæ honeſtatis, pro avertenda pœna capitali inquiſitum licite defendit. B. THOMASII *Diſp. de Jure aggratiandi Principis Evangelici in Cauſis homicidii, ibique ſubjunctum ordinis JCtorum Halenſium Reſponſum.* B. BEYERI *Poſ. J. N. & Poſ. Univ. c. IX.*

§. XXI.

...ſio ex mo- ...ate actio- ...etenda: ... ſæpe con- ...itur de- ...o.

Imo aliquando accidit, ut pro ratione circumſtantiarum moralium, ad concedendam vel repetendam defenſionem, Collegia Juridica reſpondeant; Ita Scab. Lipſ. M. Apr. 1731.

Da nun H. F. G. bey ſeinem gethanen Bekänntniſſe vor öffentlichen gehegten Peinl. Hals-Gerichte, nochmahls freywillig verharren, oder des ſonſt wie Recht überwieſen würde, ſo möchte derſelbe, ſolcher mit einem Stutt-Pferde ausgeübten unmenſchlichen Unzucht halber mit dem Schwerdte vom Leben zum Tod gerichtet und geſtrafft, auch

Digitized by Google

auch nach vollſtreckter Execution der Cörper ins Feuer geworffen, und nebſt dem Pferde, wenn dieſes todt geſchlagen, verbrannt werden. Es iſt aber vor allen Dingen Inquiſit wider dieſes Urthel mit ſeiner Nothdurfft zu hören, und ihm zu deren Einbringung eine Monats-Friſt einzuräumen. V. R. W.

Conſtituebat Judex Defenſorem, isque maxime urgebat deficientem corporis delicti certitudinem, ſolam autem confeſſionem licet indiciis remotis adminiculatam, haud ſufficere ad pœnam capitalem, indeque factum, ut pœna præfinita mutaretur in fuſtigationem (v. infra §. 35.)

§. XXII.

Quid ſi deſ… haberem c… ſcientiam c… biam & ſc… puloſam?

Quod ſi tamen aliquis Advocatorum laboret conſcientia ſcrupuloſa an defendere talem inquiſitam ex delicto contra legem divinam poſitivam univerſalem commiſſo honeſtum ſit? aut prius opinio erroris eximenda, & defenſio ſuſpendenda eſt, aut certe ab ea penitus abſtinere tutius. (per §. 2. Qui vero Moralitatem actionis humanæ ex circumſtantiis paulo curatius conſiderat & accedentem culpam a proæreſi agentis diſcernere novit, nec indifferentia & caſualia pro indiciis veriſimilibus & reum gravantibus credit, facile ſibi ſcrupulum, erudito Legumque divinarum perito fere indignum, facilius eximit. Caſus nuperrime obtigit in Patria Zitt. ubi I. O. accuſabatur, rem cum gallina habuiſſe, teſtisque omni exceptione major, aliisque teſtibus adminiculatus ſufficiebat ad torturam uti judic. Facult. Jur. Witteber. M. Octobr. 1734. ad. B. BERGER. *Suppl. ad Jus Crim. P. II. Obſerv. 158. p. 425.* interpoſita vero defenſione purgatorium dictabat Fac. Jur. Lipſ. M. Novembr. 1734.

§. XXIII.

Jus huma… defenſor r… cit ſaltem … ſtitutum, … conſtituen…

Expoſita itaque natura & diviſione Legum divinarum, progredimur ad LL. humanas, quas Imperantes Rerum publicarum uſu & utilitate publica exigente conſtituerunt. Sicuti vero verſamur tantum circa id, quod juſtum eſt in defenſione Inquiſiti: ita nobis hic ſaltem ſermo erit de jure Criminali & quidem tantum de *Jure conſtituto*, non autem

Digitized by Google

de conſtituendo. Quales enim pœna conſtituendæ ſint, honeſtati, juſtitiæ & Prudentiæ Principis ſubjacet.

§. XXIV.

de defenſo- non eſt pæ- conſtitutas quam in- as iniqua se morde-

Defenſoris igitur non eſt capitales pœnas tanquam injuſtas rejicere, ſed potius deducere, quod præfinita pœna ordinaria accedentibus circumſtantiis locum non habeat adverſus inquiſitum, partim ob deficientem plenam probationem, per duos ſcil. teſtes juratos, omnique exceptione majores, partim quia deſit dolus & proæreſis agentis, partim quando deſiderantur actus ſpeciales & frequenter commiſſi ſive diſtinctæ criminis qualitates. Sic de crimine falſæ monetæ in Foro Zittav. obveniebat caſus, dum duo falſam monetam fabrefecerint ex leviori metallo, ſcienterque & ſæpius expenderint, quia vero non erant ſubditi illius principis cujus monetam falſicaverant, eaque moneta ſaltem erat provincialis, & non juxta pedem Imperii, Reichs-Fuß cuſa, permiſſa ipſis defenſione loco vivi-comburii, gladii pœna dictabatur â Fac. Jur. Lipſ. d. 7. Jan. 1733. additis rationibus: Daß weil ſie nur geringe, und nicht nach dem Reichs-Fuß geſchlagene, auch zum Theil devalvirte Müntze gefertiget, ſie zwar von der ſonſt auf dieſes Verbrechen geſetzte Straffe des Feuers befreyet, ihnen hingegen weiter nichts zu ſtatten kommen könte, nachdem beyderſeits Inquiſiten, ihrem eigenen Geſtändniß nach, unterſchiedene Müntz-Sorten ſelbſt, und zu wiederhohlten mahlen gefertiget, auch eine ziemliche Quantität ſolcher falſchen Müntze ausgegeben und unter die Leute gebracht. Quæ ſententia delinquente iterum defenſo, confirmabatur â Facult. Jurid. Witteb. Menſ. Mart. 1733. Tertiam vero defenſionem tentare, Advocatus dubitabat, vid. B. MENCK. *in Uſu Theor. Pr. ff. p.*1579. imo ab ipſo mortis reo H. J. E. interpoſita appellatio â Sereniſſimo per Reſcriptum d. d. Dresdæ, d. 17. Aug ej. a. rejiciebatur cum juſſu:

Daß an beyden Inquiſiten, in Anſehung der allzuſtarcken Uberhandnehmung dieſes Laſters, das Todes-Urthel ohne ferneren Anſtand vollſtrecket werde, und der Rath zu Zittau ſich daran kein Appelliren, es geſchehe von wem, oder wohin es wolle, irren laſſen ſolle.

§. XXV.

Digitized by Google

§. XXV.

Notanda eſt ratio: In Anſehung der allzuſtarcken Uberhandnehmung dieſes Laſters. Alias enim in caſibus, quibus Deus pœnam capitalem non conſtituerit in Lege divina poſitiva, facilius Jus aggratiandi exercetur. Interim dubium non eſt quin in quævis crimina civilia capitale ſupplicium Princeps conſtituere poſſit, præſertim ſi genius populi frequentia delicti utilitas publica diverſum hic jus, quo vel gravius vel mitius idem delictum punitur, ſæpius poſtulat. Evitanda quoque nimia levitas, nimiaque ſecuritas, unde parcius Jure aggratiandi utendum, neque adeo honeſtum eſt Advocato, ſi Clementia Principis variis artibus abutatur, & ulterius delinquendi occaſionem præſtet. Nec etiam licet defenſori ſententias tanquam iniquas & injuſtas accuſare, quando Princeps eas vel conſtituit, vel confirmavit. Ita pœnam ſibi ipſi ultro attrahebat D. G. dum G. S. L. ad ravim usque defenderet, cum puniri non poſſe, quaſi non eſſet confeſſus aut ſatis convictus. Publicæ enim inprimis ratio omnino habenda utilitatis, quam Rex Pol. & Elect. Sax. exponebat Mandato d. d. Dreßden, den 21. Jun. 1734 wegen George Samuel Ludovici begangener Verbrechen und deren Beſtraffung.

Facilius tam in his provoc tur ad Jus a gratiandi.

§. XXVI.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Et ſi veritas non eſt celanda, certe hic ipſe caſus occaſionem dedit, meam diſſertationem conſcribendi de eo, quod honeſtum, juſtum & decorum eſt circa defenſionem Inquiſiti. Sicuti enim Princeps crudelitatem omnem in exequendis pœnis, quantum fieri poteſt, fugiat: ita quoque Defenſorem decet, acquieſcere & non plus ultra progredi, quando ea potiſſimum coercentur crimina, quæ publicam ſalutem turbant. Multo magis veneranda eſt Sententia Principis qua capitalem pœnam a Miniſtro infideli ſumere dubitat ex aliqua naturalis æquitatis ratione, aut ſi mavis mera clementia ductus, aliud vere genus non ejusdem æſtimationis, uti pœnam carceris, libertatis amiſſæ, exilii, relegationis imo infamiæ

Juſtum e. quandoq defenſion ſtinere, pr tim in cr laſa Ma ſis.

ſubſtituit. Jus Naturæ enim tales pœnas nec prohibet nec damnat. Lex vero divina poſitiva non permittit, tantum, ſed etiam aliquando in Exemplo Miniſtri Regii Infidelis arbitrarie puniti approbat rigorem, atque adeo hanc partem ſummæ poteſtatis pleniſſime confirmat. Neque enim Mathematica pœnarum proportio expectanda nec a defenſore deſideranda, cum propter delinquentium diverſitatem vix aut pœnarum, aut delictorum inter ſe gravitas ſatis definiri poſſit.

§. XXVII.

d ſit Deco- Defenſo-

Tantum de eo, quod juſtum eſt. Reſtat, ut non minus adhuc exponamus, quid intelligamus per *Decorum*. Id autem, ſi JCtorum antiquorum, maxime Stoicorum doctrinam revolvimus, nihil aliud eſt, quam ita vivere & agere, ut omnes me in externo honore & pretio habeant, & glorioſe de me quisque ſentiat. Breviter decorum eſt, quod bonam ſpeciem externam habet decetque inter alios, ita ut eorum approbationem & laudem conciliet. Defenſoris itaque ratio Decori incipit, ubi definit quæſtio honeſti & juſti.

§. XXVIII.

rdinatio ſti, juſti ecori.

Quemadmodum vero *Honeſtum* reſpiciebat internam obligationem & æqualitatem humanam, qua vitæ cuique idem eſt pretium, & *Juſtum* non niſi legem, pœnamque definitam: ita *Decorum* mores in foro receptos obſervat, illisque ſe conformem gerit defenſor, ne alii ipſum deſpicatui habeant & contemnant. Ex quo ſequitur, neceſſe eſſe, ut quilibet defenſor ante omnia inquirat 1) An defenſio ſit honeſta, & ſalva conſcientia ſuſcipienda, 2) quid ſit defendum, ut deductio fiat juſta legibusque conveniens, denique 3) quomodo defenſionis argumenta verecunde ſint deducenda, ad captandam benevolentiam Judicis, augendamque famam.

§. XXIX.

deſenſio ſiti ex fa- l vanam m ſuſci-

Vereor tamen, ne plurimæ deductiones pro Inquiſitis ex faſta & arrogantia petantur, ex eodemque fonte gerantur, neglecto illo honeſtatis & juſtitiæ præcepto, tantum ad aucupandam vanam gloriam & aliqualem excellentiam in

eo,

Digitized by Google

eo, in quo â reliquis Advocatis ſcientia defenſoris differat. Quod ſi tamen tria illa, ſc. honeſtum, juſtum & decorum ſibi recte ordinentur: decorum quod elucet in defenſione, non pro vitio vertitur, ſed movet approbationem eorum, inter quos conſtat.

§. XXX.

Unde haud male agunt, qui defenſiones ab aliis JCtis maxime honeſtioribus aut peritioribus conſcriptas ſectantur, eas maſcule imitando, quæ ratione riſum & contemtum aliorum omni modo evitare & ita defenſionem Inquiſitorum gerere valent, ut ab omnibus peræque magni habeantur. Qui vero Praxin Juris Criminalis tentando judicium aliorum ſpreverunt, eorumque imitatores eſſe neglexerunt, tum in ſtilo curiæ, tum in diſpoſitione & elaboratione omnium riſui aliquando obnoxii fuere: niſi Logicæ & ſtili arte bene inſtructi, proprioque pervincere marte validi ſint.

Commendat[…] Imitatio op[…] morum defe[…] ſorum.

§. XXXI.

Contra decorum eſt, quando unus aut alter defenſor dubitat, fore, ut non poſſit geri defenſio, niſi Judex & Actuarius circa formalia Proceſſus Inquiſitorii, vel regiſtraturas confectas cenſeantur. Quoties enim talis reprehenſio inutilis eſt ad defenſionem Rei, toties mihi videtur contra bonos mores, quippe qui laudem tribuunt defenſori, Judicem reverenter habenti. Formalia itaque non perinde, ac cauſæ merita, qræſertim ubi de hominum vita agitur, in ipſa conſcribenda defenſione tractentur, dummodo ne Regulæ juſti velint, ut Defenſor urgeat ea, quæ ad *Eſſentialia* Proceſſus Criminalis merito referuntur. e. g. Si Dominus Jurisdictionalis in pagis ſine Sculteto & Scabinis, imo ſive Actuario jurato adigit reum, ut reſpondeat in crimen vocatus, extra locum judicii Ordinarii: Aut ſi in oppidulis conſtitutus Actuarius non ſimul Notarius publicus creatus eſt. Ita in crimine Sodomiæ fœdidiſſimo, eoque cum bruto commiſſo defectum hunc placide urgebat Defenſor, & judicabat Scab. Lipſ. Menſ. Decembr. 1730.

Indecore ſit utilis accuſa[…] nullitatis p[…] ceſſus inqui[…] torii: aliqu[…] do tamen j[…] ſtum & aq[…] eſt, eam m[…] ſta indicat

Die

Dieweil bey dieſer Inquiſitions-Sache auf eine Todes-Straffe zu reflectiren ſeyn dürffte, und daher um ſo viel mehr genauer auf die Legalität derer Acten bey denen paſſibus, worauf dergleichen Erkenntniß zu gründen, acht zu haben. So will von nöthen ſeyn, daß zuförderſt die Protocolla über Inquiſitens auf Articul gethane Antwort fol. 26. ſqq. 41. ſeq. wenn ſelbige von einem bey denen Gerichten, bey welchen ſolche gehalten ſind, hierzu verpflichteten Actuario geführet worden, unterſchrieben, oder in deren Entſtehung der Inquiſit anderweit mit Zuziehung genugſam vereydeter Gerichts-Perſonen, und eines dergleichen Actuarii Articuls-Weiſe vernommen, hiernechſt die Zeugen fol. 19. b. ſeq. ingleichen der Scharffrichter fol. 38. b. ſeq. als deren Depoſition zu Supplirung der Wahrheit des Corporis Delicti erfordert wird, im Beyſeyn dergleichen Gerichts-Perſonen nochmahls eydlich abgehöret werden. Ergehet ſodann wider Inquiſiten weiter zu verfahrẽ, was Recht iſt. V. R. W.

§. XXXII.

indecore defectum iciorum cientium re contra licem affe- us ad in- ſitionem um.

Itaque ergo noſtra ſententia non eſt, ut Defenſor Judicis, quem alias debita obſervantia colat, Protocollum ubique ſemper pro Oraculo Catonis habeat, eamque nimis timide veneretur. Quis enim eſt, quin intelligat, Judicem æque hominem, atque adeo ab eo nihil humanum alienum eſſe. Usque eo Judex ſæpe eſt commotus, ut vindictæ cupiditas, invidia, fraudulentia, violentia, ne dicam, crudelitas ſint Actorum Criminalium comites. Indicem ejusmodi præbet paſſionis in Judice dominantis, ubi nullum indicium ſufficiens, & tamen adverſus perſonam genere aut dignitate perſpicuam proceditur, aut ſi indicia Actis inſerta reperiantur graviora, ea tamen neque probata, neque vereſimilia ſint. Unde docent JCti Criminales, quod Defenſor talem indiciorum defectum allegare adhuc poſſit poſt reſponſionem ad Articulos Inquiſitionales, licet ea a Collegio Juridico fuerit injuncta. Vid. LANCELOT. *Lib. 4. tit. I. §. 4. ibique* THOMAS. *not. 25. & 27.* It. THOMASIUS in Juriſtiſchen Händeln *P. IV. pag. 283, verb.* Ferner die in *Actis Commiſſorial. fol.* . . .

ange-

angezogene Ration, daß die beſchuldigten Leute beredet wären, daß ſie wohl mit guten Gewiſſen ein anders ſagen, ein anders aber im Hertzen dencken dürfften, und daß dahero die Herren Commiſſarii genugſame Urſach zu haben vermeynet, ſelbige Leute vor ihrer Antwort ad articulos, inſonderheit was ihre irrige Meinungen beträffe, mit einem Eyde zu belegen, eine ſolche Entſchuldigung iſt, welche in totis Actis wider alle angegebene Perſonen niemahls allegiret, vielweniger erwieſen worden, dannenhero die Herren Commiſſarii, als welche vor Richter in dieſer Sache ſich geirret, ſich billig entſehen ſollten, dergleichen **unerwieſene** Inculpationes **ſo ungeſcheut in die Acten als eine ausgemachte Wahrheit** zu ſetzen, und wegen derſelben quaſi ob cauſam maxime prægnantem von der **Regul aller vernünfftigen Rechte und Proceß-Ordnungen** zu recediren.

§. XXXIII.

Gradus & cautiones in caſu.

Dantur interim certi & diverſi gradus, ex quibus unus alteri præferendus, quando hæſito, utrum hoc urgeam, nec ne? Melius & Decoro convenientius eſt, vitia Judicis & Actorum verbis maxime temperatis ſub texto excuſationis prætextu quam breviſſime tangere, aut ſententionantibus formalia Proceſſus dijudicanda relinquere, quam exceptionem nullitatis rigidis, duriſque ſcribendi modis interponere. Tantum non enim teſta colliſa teſtæ, quoties Advocatus & Judex litem ſuam faciant, ſed quoque conferri debet principium, quod non omne quod juſtum eſt in re ipſa, etiam decorum ſit in ratione modoque. Caute agit defenſor, ſi his intervenientibus circumſtantiis Acta diligenter perluſtret, excerpat, deſuper petens Reſponſum Juris cum rationibus dubitandi & decidendi, id quod deinde loco defenſionis exhibeat. Ita H. S. latrocinii & ſtupri violenti accuſatus per conſanguineos ſuos haud poterat impetrare, ut pro avertenda ipſi concederetur defenſio, erant autem cauſæ, cur innocens prius audiretur, quam ad articulos ſimplex & perturbatus homo reſponderet, quamobrem defenſor, quam poterat, indicia privatim explorabat, teſteſque defenſionales coram

ram Notario & teſtibus examinari curabat, Actaque privata ad F. J. H. mittebat, ex qua ſequens tulit reſponſum M. Julii 1726.

P. P. Iſt H. S. ein Bauer-Knecht, auf Anordnung der löblichen N. Stadt-Gerichte, wegen angeſchuldigten wiederholten Straſſen-Raubes, auch verübter Nothzüchtigung, gefänglich eingezogen worden, welchen die beleidigte Frauens-Leute, als ſie zu ihm ins Gefängniß gelaſſen worden, ſo gleich erkannt, und eine darunter ſo gar angegeben, daß er auf der Bruſt Sommer-Flecken hätte, die auch der Stock-Meiſter an dem inhafftirten alſo befunden, und angetroffen, ja noch darzu derſelbe, als er gedachter Perſonen anſichtig worden, ſich ſehr ſtarck entfärbet, wozu noch kömt, daß Meiſter H. A. wider Denuncianten gezeuget, und ausgeſaget, daß er eben an dem Sonntage, unter der Predigt, nehmlich den 28. April a. c. als den erſten Sonntag nach Oſtern, aus der Stadt gekommen, wie darauf des N. Tochter beraubet worden. Ob nun wohl dieſe Indicia wieder ermeldten S. einen ziemlichen Verdacht zu erwecken ſcheinen, indeſſen aber alle dieſe Zeugen nicht alſo angeſehen werden können, wie die P. H. O. Art. 23. und 30. erfordert, und weder Meiſter H. A. noch die 3. Weibs-Perſonen vor teſtes omni exceptione majores zu achten, indem ſie Denuncianten ſeyn, folglich daß ſie mit ihrer Anſchuldigung und Denunciation auskommen mögen, ſehr intereſſiret, und dabey vermuthlich, ohne fernere Conſideration, zu verharren, ſich entſchlieſſen werden, und inzwiſchen, weil die facta ſingularia, und mehrere ſeyn, eine jede von ſothanen Perſonen nur pro teſte unico und ſingulari zu achten, anbey auf eines Zeugen Angeben, der ſelbſten zugleich Denunciant iſt, mit der Special-Inquiſition nicht verfahren werden kan, ſondern Denunciat vor allen Dingen mit ſeiner Defenſion pro avertenda zu hören, bevorab da dieſer ſonſten ein gutes Gezeugniß hat, und dergleichen Unthaten niemahls verdächtig worden, auch die Beſchreibung der ſchuldigen Perſon mit des Denunciaten Kleidung,

Bruſt-

Digitized by Google

Bruſtlatz und Zahnlücke nicht völlig überein kömmt, in ſpecie aber derſelbe durch ſeine coram Notario abgehörte Defenſional-Zeugen ausgeführet und erwieſen, daß er in der Mittags-Kirche und Predigt ſich befunden, als des N. Tochter beraubet worden, und er alſo das ihm angeſchuldigte Factum unmöglich ausgeübet haben könne, hiernechſt bey dem andern Facto durch Zeugen erhärtet iſt, daß S. am Montag darauf auf den Weg nach H. allwo eine Böhmiſche Frau angefallen und gewaltſam ſtupriret worden, von H. aus nicht wohl kommen mögen, geſtalt derſelbe früh an ſeine Arbeit gegangen, um 6. Uhr zum Eſſen geweſen, und endlich um 7. Uhr auf den nächſten Hof-Stücke wieder gepflüget, endlich auch bey dem dritten Facto, welches am Donnerſtage den 2. May an der Großſchönauer Frau ausgeübet ſeyn ſoll, ſo viel durch eydlicher Zeugen Ausſage erhellet, daß er bemeldten gantzen Tag über, und auch des folgenden nicht von ſeiner Feld-Arbeit gekommen; inzwiſchen aber der Denunciat ſehr genau verwahret wird, und da ſeine Freunde Defenſionem pro avertenda geſucht, und ſolche vor deſſen Unſchuld waltende ſtarcke Exceptiones loci & temporis angeführet, bey dem Inquiſitore kein Gehör finden können; Als entſtehet nunmehr die Frage:

Ob angeregte Judicia wider H. S. hinlänglich zur Special-Inquiſition und Verhörung über Inquiſitional-Articul zu ſchreiten; oder ob nicht vielmehr zuvor die angegebene Zeugen pro avertenda vor denen Löbl. Stadt-Gerichten gebührend zu vernehmen, allenfalls aber Quærente auf Anſuchen ſeiner Freunde wieder das Richterliche Verfahren zu proteſtiren und zu appelliren berechtiget ſey?

Ob nun wohl wider Denunciaten ſehr ſtarcke indicia zu militiren ſcheinen, indem die 3. Weiber ſagen, daß dieß der Thäter ſey, und noch darzu Meiſter H. A. bejahet, daß er unter der Kirche aus der Stadt gegangen, als die N. Tochter ſpoliiret worden, ferner die auf deſſen Bruſt befundene Flecken ihn ſehr graviren, folglich indicia urgentia & plura fürhanden, welche die Special-Inquiſition zu fundiren ſcheinen,

 nen,

nen, und im übrigen faſt alles Unternehmen vergeblich ſcheinet, wenn mit der Inquiſitione ſpeciali bereits der Anfang gemachet worden, nicht zu gedencken, daß allhier gefährliche Crimina ſich äuſſern und bey einer perſona levi dergleichen S. iſt, ſo viel Aufhebens nicht zu machen ſey; D. a. und D. niemanden, er ſey ſo gering, als er wolle, defenſio pro avertenda zu mißgönnen, auch der geringſte Menſch ſeinen guten und ehrlichen Nahmen zu behalten ordentlicher weiſe trachtet, und nicht gerne ein Straſſen-Räuber und gefährlicher Ubelthäter ſeyn will, und des angeſchuldigten Verbrechens Gröſſe nicht hindern mag, daß man die Defenſion pro avertenda ſpeciali Inquiſitione verſtatte und annehme,

CARPZ. *quæſt. 107.*

bevorab, da ſo prægnante und beſondere Umſtände von denen Defenſional-Zeugen allhier erhärtet worden, daß das corpus delicti noch nicht offenbahr und die wider den Denunciaten waltende Indicia elidiret werden, zumahln wann in facto richtig, daß zwey gravirende Perſonen beſtändig ſollen voll und ſehr betruncken ſeyn, denen nicht viel Glauben beyzumeſſen, auch ſonſten bona fama des Inquiſitens hinzu tritt, als wäre es freylich billig geweſen, wenn auf der Freunde des Denunciatens Anhalten, die Defenſion pro avertenda hätte wollen angenommen werden, cum defendere accuſatum, Inquiſitum, unusquisque poſſit, anbey ſonſtens Rechts-kündig, daß auch ſelbſt der Richter vor des Denunciaten Defenſion zu ſorgen verbunden, quia poſtulat, quod in Jure naturali fundatum, ita ut patri, matri, fratri, aliisque cognatis defenſionem Inquiſiti ſuſcipere fas ſit.

THÖNNECKER *Adv. Prud. in Foro Crim. Cap. 13. n. 4.*

Wann nur ietzund noch res integra wäre, und nicht ſchon ehe die Defenſional-Zeugen abgehöret, und die Supplique den 29. Jun. a. c. præſentiret, und übergeben worden, die Special-Inquiſition angegangen, und S. bereits ad Articulos geantwortet hätte; und gleichwie nun aber Magiſtra-

tui

tui nichts zu imputiren wäre, wenn ſelbiger, ehe ſich je-
mand vor Denunciaten gemeldet, dieſen ad Articulos in-
quiſitionales zu antworten angehalten; alſo würde wohl die
Proteſtatio und Appellatio zu ſpäte ſeyn; und Advocatus
cauſæ die oben angeführte und vor S. Unſchuld waltende
Zeugniſſe und præſumtiones bey der künfftig zu führenden
Haupt-Defenſion beybringen und anführen müſſen, und
immittelſt Magiſtratum keiner Illegalität beſchuldigen kön-
nen; dafern aber res adhuc integra, und der Denunciat,
wie faſt aus der Specie facti erhellen will, noch zur Zeit
nicht geantwortet, und Judex nur deswegen Bedencken
trüge, quia crimen ſit atrox & inquiſitus perſona levis,
denſelben oder deſſen Freunde mit der Defenſion pro aver-
tenda zu hören; So wäre Advocatus wohl befugt, auf
Anhalten der Anverwandten und Freunde, wider des
Magiſtrats Verfahren zu proteſtiren, zu appelliren und
quævis remedia utilia zu gebrauchen. V. R. W.

Etſi quidem Advocatus, re adhuc integra, præſens Reſponſum exhibebat Judici privatos intra parietes, rationes addictas autem publice exponebat, defenſionem pro avertenda denuo petendo: tamen ad durum inflectebat parietem & neſcio, quæ animi paſſio æquanimitatem & humanitatem intervertebat. Tandem Deus Inquiſito erat propitius, eoque juvante factorum innocens abſolvebatur, & à Scab. Lipſ. ſententiæ ſimul annectebatur:

Es bleibet aber demſelben S. der Sachſen Buße halber die-
jenige, welche er Anſpruchs zu erlaſſen nicht gemeynet, ab-
ſonderlich zu belangen unbenommen. V. R. W.

§. XXXIV.

In defendendo ſimus nec timidi, nec tumidi, prius habita deliberatione & circumſpectione.

Defenſoris igitur eſt Decorum: nec *timide* nec *tumide*. Impedit nimius timor, ne ſuſcipiamus defenſionem alias juſtam honeſtamque, aut tamen difficultate Judicis obveniente haud perficiamus. Audacia vero, ambitionis filia, ſuſcipit crimina fœdiſſima, eaque ſatis probata defendenda, Inquiſitorem irritat, & pertinaciter inſtat, ubi etiam res parvi aut nullius momenti eſt. Interim Judex cautior redditus occaſione utitur,

tumidum ejusmodi defenſorem opprimendi. Unde Advocati, audaces jactatores, quos ſola fortuna juvat, aliquando tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant. Dictum de *D. G. §. 25. huj. Diſſ.* Quare regula illa: *recte faciendo, neminem timeas:* non ſive grano ſalis accipienda. Agendum enim omnino erit, quod honeſtum & juſtum eſt, idque abſque timore exequendum. Sed prius deliberatione & circumſpectione opus eſt, ut omnia abſque jactantia & aliorum injuria fiant. Quod ſi vitium nobis inhæreat naturale, illud ſupprimendum eſt experientia & exemplis: Extrema tentare, ut quæ pro inquiſito incepta ſunt, perficiantur, non ſemper decori eſt. Torrenti haud raro cedendum, ſive initio defenſionis, ſive in fine occurrat.

§. XXXV.

Defenſio ceteris paribus iterum, iterumque repetita decoro non diſſentiens eſt.

Etſi autem multa initio videntur difficilia, aut fere impoſſibilia: tamen ſi Advocatus ſcit, reum innocentiſſime vitam egiſſe, & ſolum fraude vel potentia inimicorum incidere in judicium publicum, omnino defenſio tentanda eſt. Ita Suſanna, Lucretia caſtior, omni culpa vacans ad mortem damnata, honeſte, juſte & decore â Daniele Viro Juvene ejusque innocentiæ liberatore æque ac vindice defendebatur: vid. Hiſtor. Suſannæ. Neque ſtatim deſiſtendum ſi una ſententia haud ſuccedat. Tentanda altera defenſio, imo tertia, quando res magni momenti, & cauſa defendendi veriſimilis. Ultra defendere, ſi videt, fata ſibi adverſari, aut ſoli fortunæ ſententiam committere, vix Decori eſt Juridici. Cautionem hanc exemplo illuſtrat §. 24. h. Diſſ. Caſum vero rariſſimum exhibet B. Heils Judex & Defenſor in Proc. Inquiſ. p. 502. ſeqq. ibi in puncto infanticidio Facult. Jurid. Witteb. ſententia hujus tenoris:

> So möchte ſie deswegen, daß ſie ihr Kind alſo doloſe, böß-lich und vorſetzlich umkommen und ſterben laſſen, und es davor zu halten, als wenn ſie es ermordet, umbracht, und ſolchem Hand angelegt hätte ꝛc. in einen Sack geſtecket, ins Waſſer geworffen, und ertråncket werden. Es iſt aber vor Vollſtreckung dieſes Urthels ihr eine Defenſion billig zu ver-

verſtatten, und da ſie ſelbſt nichts im Vermögen hat, ihr ex officio ein Advocatus zuzuordnen.

Honoris cauſa nominatus D. Heil in ſuſcepta defenſione urgebat defectum requiſitorum infanticidii capitaliter puniendi, quia in Actis 1) de corpore nati infantis vivo, 2) de actu matris mortifero, plena probatio non inveniretur, Judicium autem Medici & Chirurgi ſaltem probabilem præſumtionem involvat, nec propria inquiſitæ confeſſio ad pœnam capitalem ſufficiat, ex BERGER, *Oecon. Jur. Lib. 3. t. 11. p. 837. not. 14.* Sed: Fac. Jur. Witteb. ratione primi requiſiti interloquebatur:

Daß zuförderſt die bey der Section der Inquiſitin Kindes, gebrauchten Medici und Chirurgi ihren Bericht auch hierüber, ob ermeldtes Kind, als welchem juxta fol. 17. n. 2. die Nabel-Schnur abgeriſſen geweſen, ſich verblutet gehabt, ſowohl, ob die Nabel-Schnur dergeſtalt beſchaffen geweſen, das ſie, nach der Inquiſitin fol. 53. befindlichen Ausſage, als dieſe daran gegriffen, gleich abgeriſſen, und entzwey gehen können, zu erſtatten, und hierauf die Acta in ein Collegium Medicum zu verſchicken, und dero Belehrung darüber, ob man bey denen fol. 3. und 17. auch fol. 52. b. ſowohl in der Defenſions-Schrifft fol. 58. 62. 68. ſeq und 76. ſeq. angegebenen Umſtänden, daß Inquiſitin ihr Kind lebendig zur Welt gebracht, und ſolches erſt nach der Geburth erſticket, und nicht vor, oder in derſelben bereits verſtorben, gewiß ſeyn könne, oder was disfalls nach Gelegenheit ſolcher Umſtände zu præſumiren ſey, förderlichſt einzuhohlen. Worauf der eingewandten Defenſion halber ferner ergehet was Recht iſt.

Atteſtatum Phyſici & Chirurgi itaque ſupplebatur addito eum judicio:

So halten wir dafür, daß ſolch Kind nicht ſowohl durch Verbluten, als Erſticknng ums Leben kommen ꝛc.

Cui reſpondebat Reſponſ. Fac. Med. Witt. d. 25. Mart. 1712.

So erhellet aus allen Umſtänden ſo viel, daß mehrgedachtes Kind nothwendig reſpiriret, folglich vor und in der Geburth

gelebet haben müſſe, wenn? und wie? es aber ums Leben kommen, iſt eigentlich nicht zu ſagen. Und obwohl glaubhafft, daß die Nabel-Schnur mit Gewalt abgeriſſen worden, dennoch zu vermuthen ſey, daß nicht ſowohl dahero, als etwan von einer Erſtickung oder Erkältung der Tod erfolget.

ulteriorem addebat Advocatus deductionem maxime ex libro obſtetricis ſatis expertæ Chur-Brandenb. Hof-Weh-Mutter de morte infantis recens nati per ſuffocationem frequenti & caſuali, pag. 18. 19. 76. 78. 144. & 145. nec non B. Bohn de officio medici c. 6. n. 667. quam ſequebatur ſententia Facult. Jur. Witt. ad requiſitum alterum de actu matris mortifero reſpiciens:

Daraus ſo viel zu befinden, daß zuförderſt ermeldte Inquiſitin anderweit über folgende Umſtände, ob ſie ein lebendig Kind zur Welt gebracht, und daß ſolches nach der Geburth würcklich gelebet, gewiß ſey? Woher ſie ſolches wiſſe? Ob ſie das Kind ſchreyen hören? oder woher ſie ſonſt, daß es lebe, verſpüret? Ob ſie es damahls, als ſie es mit der Hand zum Füſſen gelegt, daß es annoch lebe, gefühlet, oder ſonſt vermercket? Ob ſie es damahls erſticket? oder auf was Art ſie ſelbiges ums Leben gebracht habe? Ob ſie nicht vielmehr bereits in der Geburth daſſelbe umgebracht? und zu ſolchem Ende mit Vorſatz es erdrucket? ihm die Lufft verſetzt, oder ſonſten erſticket habe? articuls weiſe zu befragen, und dabey, daß ſie diſſfalls allenthalben die Wahrheit ſagen, und ihr Gewiſſen nicht beſchweren ſolle, nachdrücklich und ernſtlich zu ermahnen. Worauf und wenn ihre Ausſage mit Fleiß regiſtriret, und zu den Acten gebracht, ſie auch dabey mit ihrer Defenſion nochmahls gehöret worden, ihrer Beſtraffung halber oder ſonſt in der Sache ferner ergehet, was recht iſt.

Rea quæſita indicium vitæ ſenſiſſe confitebatur, weil ſich das Kind gereget, und daß ſie gefühlet, daß ſichs gereget: imo negare non potuit: daß ſie das Kind freylich zu dem Ende zum Füſſen ins Bett-Stroh geleget, damit es alda von der Kälte erſterben ſolte. Hinc Defenſor ad circumſtantias partus recurrere neceſſe

ceſſe habebat, atque denuo deducebat, ediſſe partum tempore mortis, adeoque ſigna vitæ non vidiſſe, ſenſum autem tactus fallere in perſona maxime perterrita, umbramque ſuam metuente ex propria confeſſione fol. Daß ſie mehr todt, als lebendig geweſen. & juxta Reſp. ad Artic. fol. Sie hätte es eben damahls gefühlet, daß es ſich gereget, als ſie das Kind auf der Hand gehabt, und zum Füſſen gelegt. Ita autem poſſibilitatem fallacis ſenſus externi aſſerebat.

> Wie leicht aber iſt zu vermuthen, auch zu glauben, daß das Kind ein Bein über das ander geſchlagen, oder ein Aermgen auf dem Leibe liegen gehabt, und ſolches Bein, oder Aermgen, da zumahl das Kind mit Bluth, oder ſchlöpffriger materie gantz beſchmiert und glat geweſen, in währenden fortbringen des Kindes herunter gefallen, und eine Erregung oder Erſchütterung verurſachet habe. Oder iſt es denn nicht möglich daß e. g. das Kind mit dem Köpffgen auf der Inquiſitin Arm gelegen, und ſolchen bey der Wendung des Kindes ſich gerückt, oder aber daß Inquiſitin, da ſie das Kind fort geleget, bey ihrer ſupra allegirten Schwachheit unter weges damit an das Bett oder ſonſt wohin angeſtoſſen, und damit gleichſam einen Motum verurſachet, auch dadurch ſich ſelbſt, als wenn das Kind ſich wahrhafftig gereget hätte, bethöret, oder wohl gar ihre eigene von der Geburth abgemattete zitternde Glieder an dem Kinde, und nicht das Kind ſich gereget haben?

Quis eſt, quin intelligat bonum Defenſoris ingenium; & exactum ejus judicium; utrumque enim in rebus difficilioribus, corpore delicti incerto & dubio tanquam τὸ κρίνειν requiritur. Metuebat interim in caſu præſenti torturam, quare pro avertenda laborabat ex nimis liberaliter facta delicti confeſſione, feliciter tamen ſuccedebat ſententia.

> Daß Inquiſitin zwar geſtallten Sachen nach, und in Anſehung, daß wegen ihres Kindes, ob ſolches nach der Geburth noch gelebet, keine zulängliche Gewißheit verhanden, mit der ihr fol. zuerkannten Lebens-Straffe zu verſchonen. Sie iſt

aber

aber nichts deſtoweniger ihres begangenen und zugeſtandenen Verbrechens halber mit Staupen-Schlägen des Landes ewig zu verweiſen.

Ex his facile colligendum, pœnam capitalem, iterum iterumque repetita defenſione ex cauſa probabili, ſublatam & loco ejus delictum affirmanti ſaltem fuſtigationem dictatam fuiſſe (vid. §. 21.) D. JO. GEORG. ALBINUS *in Diſp. Inaugur. de Delinquente defenſo p. 11. ibique aliud præjudicium* D. VALENTINI *Corpus Juris Medico-Legale P. II. S. VII. de Infanticidiis.*

§. XXXVI.

Decoro adverſatur, quando defenſor Medico infenſe adverſatur, vel Chirurgo.

Plerumque, ubi Atteſtatum Medici & Defenſor concurrunt, inter ipſis quædam accidit colliſio. Sicuti enim Ars Æſculapii manet in occultis tantum conjecturalis: ita quoque haud raro fit, ut Machaon alterum Æſculapii filium, tanquam privignum, ne dicam ſpurium derideat. Hanc occaſionem defenſor arripit, & incertitudinem corporis delicti propugnat. Mei eſt, ſaltem hic monere, Decoro conſentaneum non eſſe, quando Advocatus absque juſta & probabili cauſa inſpectionem illegalitatis cujusdam arguit: neſcio enim, cui bono? utpote Facultatis Medicæ Inſpectores defendunt & pro legalitate ſectionis pronunciant: quodſi tamen in caſu pœnæ capitali obnoxio inſpectio non niſi ſuperficialis & perfunctoria, imo partialis ſolummodo ſectio per acta fuerit, ubi requirebatur univerſalis, e. g. in cauſis infanticidii imputati &c. tunc defenſori vitio non vertendum, ſi defectum urgere, quam inquiſitum capitaliter puniri malit. Medici quippe eſt, cavendum, ne e. g. Chirurgi ante ſectionem occiſi ſtilo vel inſtrumento quodam ferreo vulnerum profunditatem emetiantur, cum viſcera interna ita facillime lædi, & poſtmodum error in renunciando committi poſſit. Expedit etiam in modo inveſtigandi cultros anatomicos adhibere, non vero novaculam, aut ſolam ſtyli immiſſionem. Præſertim Medicis & Chirurgis contigit illud, qui in Anatomia minus ſufficienter ſunt verſati. v. STRYK. *Tr. de jur. ſenſ. c. 2. n. 19.* Ubi tamen Medici verſatiſſimi copia haberi nequit,

Digitized by Google

juit, ſoli Chirurgi periti poſſunt vulnerum inſpectioni præ-
:ſſe. Aſt ſi diſſenſio oriatur inter Medicum & Chirurgum,
ut inter Medicum & Obſtetricem, priori tanquam in arte
ua peritiori, credendum eſt. v. BOHNIUS *in Tr. de renunc. uln. lethal. p. 15. Id. Med. Forenſ. Diſp. 1. §. 33. add.* AMMANN. *Prax. vuln. lethal. Dec. 2. Hiſt. 3.* WELSCHIUS *in Rationali vuln. udic. c. 15. & 16.*

§. XXXVII.

Ipſa vero ſectio neceſſario ad vulneris lethalitatem de-:erminandam, requiritur, cum per morbum quendam intus latentem, ſi forſan terminus fatalis cum tempore illius vulneris coincidat, aut hoc brevi excipiat, obire potuerit, id quod de valetudinariis ex leviſſimo quoque ictu ſæpe concidentibus judicandum, exemplo apoplecticæ â ſimili contuſione emortuæ. Unde Defenſor omnes circumſtantias e. g. de ætate, de diæta, de diſpoſitione ipſi familiari, de armis, quibus læſus ſedulo inveſtigare debet, num ſcil. jam olim etiam apoplexiam paſſus ſit demortuus? An titubatio linguæ orisque, poſt mortem etiam ſuperſtes contorſio obſervata fuerint? v. STRYK *Diſſ. de Alapa.* D. ZITTMANN *in Med. For. Cent. 3. Caſ. 37. p. 686.* ibique exemplum, alapam intuliſſe mortem. Notabilis rei hiſtoria eſt, quod aliquis â pollice, ab adſtante in pectus impacto, exanimis corruerit, in cujus ſectione Empyema, quod a longis temporibus illic latuerat, & â contuſione illa modo diſruptum fuerat, obſervabant; quis autem dixerit, huic vulnus per ſe lethale inflixum fuiſſe? Quod ſi tamen Sectio aut impedita, aut neglecta, aut ſuperficialiter ſaltem abſoluta fuerit, Facultates tum Juridicæ, tum Medicæ in mitiorem partem inclinant. Idem quoque notandum de diu, præſertim æſtivo tempore ſepultis & ê tumulo rurſus erutis, putredine jam corruptis, neque Medicus tenetur, hoc ultimo in caſu ut famam æque ac ſanitatem ſuam periclitetur. Miror itaque in civitate Z. Dn. Phyſicum manus maculaſſe, cum prævia requiſitione ordinaria uxor hoſpitis cujusdam ex melancholia, ſexui ſequiori inſen-

Decoro adverſatur, quanr Defenſor Medico inſenſe adverſatur, ſi Chirurgo.

ſa, in aquis extincta poſt duos fere menſes reperiretur, niſi præſtet manus, quam conſcientiam maculare. vid. BOHN. *in Med. Ej. For. ſpecim.* 2. *§.* 13. *&* 17. Illuſtr. Dn. VALENT. *Corpus Jur. Medico legale P. II. Sect. I. Caſ.* 7. *ſeq.*

§. XXXVIII.

[...]onitum ge[...]rale diſſer[...]tione colo[...]onem ad[...]lens.

Longe plura eſſent obſervata digna: unicum tamen coronidis loco ſufficiat. Nimirum ſtatuta honeſti, Juſti & Decori injungunt, ut defenſores conſilium ſuum ſincere edant, neque pretio neque ambitioni, neque odio neque cuivis affectui quicquam, ſed omnia veritati & conſcientiæ dantes. Cum enim pro ratione defenſionis aut conſilii tantum gravatus non nunquam pro criminis reo capitali aliave pœna plecti, & vice verſa delinquens tanquam innocens tantum gravatus, dimitti poſſit apud animum reputent Advocati, illo caſu ſe in cauſa eſſe, ut inſons graviter puniatur, hoc autem, ut nocens impune abeat, quorum utrumque grave & cum publicæ utilitatis diſpendio, propriæque conſcientiæ læſione conjunctum eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

FINIS.

Digitized by Google